



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Friderici I. Imp. confirmatio Ducis Lupoldi donationis Mutæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

## Friderici I. Imp. confirmatio Ducis Lupoldi dona-

tionis Muræ.

**F**RIDERICVS Dei gratia Romanor. Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. Vniuersis Muriis suis apud *Danubium* constitutis, fidelibus suis, gratiam suam & omne bonum. Ex parte venerabilis Abbatis & Conuentus de *Alderspach* fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum, vt gratiam & libertatem ab Illustri Duce *Leopoldo* felicis memoriæ, super vectigalibus vini & victualium suorum per loca mutarum Ecclesiæ suæ indultam nostræ approbationis dignaremur. munimine confirmare. Nos itaque pietate solita, qua personis religiosis fauor adesse consuevit, deuotis eorum precibus fauorabiliter inclinati; gratiam & libertatem, quam ab eodem Duce *Leopoldo* in suis hæctenus obtinuerunt priuilegiis, certa \* victualia vini, & victualium suorum. eisdem Abbati & Conuentui auctoritate presentium duximus confirmanda. Mandantes \* vniuersitati vestræ firmiter præcipientes, quatenus gratiam & libertatem eandem, & hanc nostram eiusdem indultæ libertatis approbationem iuxta formam priuilegij sui prædictis fidelibus nostris in antea more solito conferueris: vt iustam de vobis non habeant materiam conquerendi. Datum apud *Viennam*, IX. Kalend. Febr. X. Indictione.

Priuilegium Ottokari Ducis Austriae, super  
Muræ.

**I**N nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Nos *Ottokarus* Dei gratia Dux Austriae & Stiriae, & Marchio Morauiae innotescimus vniuersis dilectis nobis viris venerabilibus Fratribus in *Alderspach*, Deo sub Monastica religione militantibus, pro remedio animæ nostræ, ceterorumque progenitorum nostrorum hanc libertatem jure perpetuo indulsisse, vt bona sua quæ eis de prædio suo prouenire poterunt, quod in Austria possidere videntur, in vino, frumento, vel quocunque emolimento, sine *haulo*, quod vulgò possumus dicere *mutam*, ad sua liberè deducant. Et nihilominus si quid ad opus præfati prædij eis necessarium fuerit, sub eadem condicione sine omni contradictione reducatur. Hoc autem ne processu temporis obsolescat, & succedentibus aliis in obliuionem cadat, præsentem paginam conscribi iussimus, & sigilli nostri munimine roborari, nominibus testium subnotatis, qui sunt: Otto & Chunradus de Hardegk, Otto de Sleuntz. Albero de Chunringen, Henricus frater suus dictus Göpanus, Henricus Pincerna de Halspack, Vricus frater suus, Otto de Missäve, Chunradus de Hintpèrch. Rudolphus de Potendorff, Otto de Potemburch, Henricus de Liechtenstein, Albertus de S. Petronella. Chunradus de Zelking. Otto de Perchtoldstorff, Perchtoldus de Engelshalsuelde, Vricus de Viechoüen, Otto de Walchuneskirchen, Henricus de Syvarzenssec, Ebranus de Eraspranne, Henricus de Geueld, Albero Dapifer de Holsperch, Henricus de Moresvvanck, Wolfkerus de Parovv. Chunradus de Greiffenstein. Item Bohemi, Lorisikh Purgravius de Ellpogen, Wolko Iohan de Wisthenavv, & alij quamplures. Actum & datum *Vienna*, Anno Domini M. CC. LIII. V. Kal. Octobr.

Confir-